

assunt, etiam deferre, & gestare libere, & licite possint, & valeant, eorumdem tenore presentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

Chasula.

§.4. Decernentes easdem presentes Literas etiam ex eo quod antiqui, seu tunc existentes votantes veteri, seu ut praefertur tunc suppressi Signaturae Iustitiae Votantium Collegii, ac alii quicumque, etiam speciali nota digni in praemissis quomodolibet Jus, vel interesse habentes seu habere praetendentes iisdem praemissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis legitima, & juridica, de illo subreptionis, vel o-reptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, alioque quocumque defectu, notari, impugnari redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quocumque juris facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, minusque sub similibus, vel dissimilibus gratiarum moderationibus, limitationibus, revocationibus, & quibuscumque aliis contrariis dispositionibus per quoscumque Romanos Pontifices Successores nostros, & Sedem praedictam etiam motu, scientia, & deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet pro tempore factis, & faciendis comprehendere, sed semper ab illis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam sub posteriori data quocumque eligenda de novo concessas, semperque validas, firmas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac dictis Signaturae Iustitiae Votantibus satisfragari, & ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, praesentia, aut potestate fungentes, & functuros nunc, & pro tempore existentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere; ac irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de iure quaesito non tollendo, & aliis quibuscumque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, necnon praedicta, aliisque quibuscumque quantumvis antiquissimis, & immemorabilibus consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis ad favorem utriusque, vel alterius Signaturae nostrae Referendariorum, vel Votantium, seu eorum, & quorumcumque Collegiorum, vel Tribunalium, etiam speciali nota dignorum, sub quibuscumque tenoribus, &

formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & de potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet per Praedecessores nostros Romanos Pontifices concessis, innovatis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, vel insererentur, iisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum praesentium, illis alias in suo robore permanentibus, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, Statuti, Decretorum, Declarationis, voluntatis, mandati, absolutio-nis, concessionum, Indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, tertio decimo Kalen. Augusti Pontificatus nostri Anno Quinto.

CXVI.

Confirmatur Decretum Ministri Generalis FF. Min. S. Francisci Reform. de electione Guardianorum, aliorumque Officialium, necnon familiarium pro Cœnobii recollectorum Provinciae Romanae.

Dat. 12. Sept. 1697. An. 5.

Inn. XI Const. edit. 1685, Apr. 16, P. 9 agitur de electione Officialium in Hispania. Et Clem. XI Const. edit. 1705, Mar. 12, P. 5 de Procuratore Gener.

INNOCENTIUS PP. XII.

Ad futuram rei memor.

Alias pro parte dilectorum filiorum Guardiani, & Discretorum Conventus S. Bonaventurae de Urbe Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum nobis exposito, quod cum apud eos in more positum reperiretur, ut pro tempore existens Guardianus dicti Conventus tamquam praefati, & aliorum Provinciae Romanae dicti Ordinis pro Recollectione, seu secessu Fratrum Reformatorum Ordinis huiusmodi assignatorum Conventuum Director, singulis annis occasione celebrationis Capituli Provincialis, seu Congregationis dictae Provinciae duos, aut tres Religiosos pro quolibet Conventuum huiusmodi Diffinitorio ejusdem Provinciae praesentaret, & ex iis unus arbitrio ipsius Diffinitorii

Mos invaluerat, ut Guardianus S. Bonaventurae fo- lium Guardianorum, aliorumque Officialium, necnon familiarium Diffinitorio praesentaret.

Decretum Ministri Generalis confirmans praed. morem cum aliqua reservatione

torii unicuique ex Conventibus praefatis in Guardianum respective, praeficeretur, necnon ulterius idem Guardianus Director folium quoddam nomina Religiosorum praeter ceteris omnibus dictorum Conventuum Officialium aptiorum, ac in eis de familia respective collocandorum continens dicto Diffinitorio similiter exhiberet: folium vero huiusmodi a memorato Diffinitorio approbaretur, ac subinde a pro tempore existente Ministro Provinciali Provinciae supradictae subscriptum ipsi Guardiani Directori, ad hoc ut ab eo executioni demandari posset, restitueretur: Mos huiusmodi plurium annorum spatio ob plenam, quam idem Guardianus Director de suis Subditis, eorumque qualitatibus notitiam habet, cum maxima Religiosorum secessus huiusmodi pace, & tranquillitate servatus fuerat. Et in eadem expositione subjuncto, quod iisdem Guardianis, & Discreti verebantur ne progressu temporis probatum hunc morem in Divini servitii, ac religiose quietis perniciem variari, seu mutari contingeret; ac proinde pro eorum parte Nobis supplicato, quatenus eundem morem de cetero ab iis, ad quos spectat, & pro tempore spectasset, inviolabiliter servari mandarem: Nos ejusmodi gratiae concessionem per rescriptum nostrum cum facultatibus necessariis remissum arbitrio dilecti filii Bonaventurae Poetri Ministri Generalis Ordinis supradicti, qui ejusdem rescripti vigore Decretum in praemissis edidit tenoris, qui sequitur, videlicet: Fr. Bonaventurae Poetrius Lector Jubilatus, totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, necnon auctoritate Sanctiss. D. N. Papae XII. Commissarius Apostolicus, Servus &c.

§.1. Cum amantissimi Fratres nostri Conventus Recollectionis, seu Reccessus S. Bonaventurae de Urbe in pacifica sint consuetudine, quod Guardianus ipsorum, tamquam Director totius Recollectionis huiusmodi, solitus sit singulis Capitulis, & Congregationibus intermediis praesentare Provinciae nostrae Reformatae Romanae duos, vel tres Fratres pro dicto, sicut, & aliis ejusdem Recollectionis Conventibus, ut de eorumdem numero unus pro unoquoque Conventu dictae Recollectionis ad arbitrium Patrum Diffinitorii praeficiatur in Guardianum praefatae consuetudine tali se Fratres ab ambitione remotos sine querela in humilitate, magna pace, & edificatione conservent: Hinc est, quod Sanctiss. D. N. parentes Oraculo, quod ad hunc effectum ad Nos fuit directum, ut retroscripto Libello, & Apostolica potestatis plenitudine pro hac parte Nobis commissa utentes, hac nostra in perpetuum valitura Constitutione disponimus, mandamus, & ordinamus, ut circa memoratam consuetudinem sequentia inviolabiliter observentur. Instante in primis tempore quo supradictae praesentationes Diffinitorio sunt faciendae, quatuor, aut quinque diebus antea convocabit Guardianus Conventus Sancti Bonaventurae de Urbe omnes suos Discretos tractaturus cum illis mature super idoneis Fratrum diversorum, qui in praedictis Recollectionis, seu Reccessus Conventibus reperiuntur, & magis censentur idonei ad Guardianatum praedicti S. Bonaventurae Conventus.

§.2. Deinde quinque, vel sex de aptioribus ex illis assumptos praesentabit toti Communita-

ti, quae simul cum Discretis (qui quidem in omnibus supra, & ad infra dictis voce activa, & passiva debent gaudere, servata tamen forma nostrarum Generalium Constitutionum, & Decretorum Apostolicorum tenore) per secreta suffragia, ac ballotationes, duos, vel tres Diffinitorio praesentandos eliget, ut unus ex eis ab eodem Diffinitorio libere, & canonice in Domino in Guardianum dicti Conventus S. Bonaventurae eligi valeat. In casu autem, quo vota sint paria fiet novum scrutinium, & data paritate per duas vices, recursus habebitur ad Ministrum Generalem, vel Generalem Praelatum qui ex illis duos vel tres designabit praesentandos Capitulo, sive Congregationi, quos judicaverit in Domino existere digniores. Quo ad praesentationes vero ceterorum dictae Recollectionis Conventuum Guardianorum, Vicariorum, & Magistrorum Novitiorum fiet similiter per praefati Conventus S. Bonaventurae Discretos matura discussio, & ex illis duo, vel tres isti praesentabuntur, qui per suffragia secreta, & ballotationes Discretorum eorumdem pluralitatem reperientur habere Votorum. Si quis autem contra hanc formam a nobis de plenitudine Apostolicae auctoritatis nobis in hac parte specialiter commissa dispositam, ordinatam, & stabilitam, fuerit praesentatus, aut electus: Volumus, ut ejusmodi praesentatio, & electio invalida sit, irrita, & nullius valoris, atque ad Ministrum Generalem, vel Generalem Praelatum ejus provisio devolvatur, sicut devolvuntur electiones Capitulares non legitime celebratae. Qui quidem Minister, vel Generalis Praelatus, utendo Jure devolutivo in illo casu, & non alias continere se debet in eligendo intra numerum praesentatum a Discretis praedicti S. Bonaventurae Conventus. Circa vero distributionem Fratrum collocandorum in praedictis Recollectionis Conventibus, pro nunc decernimus, & mandamus servari consuetudinem usque modo servatam, videlicet: ut praefatus Guardianus, sive Director praesentare, & nominare possit Religiosos pro singulis Conventibus de familia collocandos Ministro Provinciali, & Diffinitorio Provinciae, qui quidem spectata discreta, & oeconomica distributione ipsam in Domino confirmabit: Ceterum omnibus Acti Conventus S. Bonaventurae Fratribus, stricte prohibemus, ne quis praevie ad praedicta per Communitatem danda suffragia, & ordinationes, quascumque colligationes, & conditiones, functiones, aut quidpiam huiusmodi de negando suffragio sumentes, vel minas in Apostolicis, & Ordinis intentantes, poenitentiam incurrant, aliisque Constitutionibus contentas incurrant, aliisque ad arbitrium Ministri, vel Praelati Generalis gravissimè puniantur. Romae in Conventu nostro Arac-tano die quinta Augusti 1695. = Frat. Bonaventurae Poetrius Minister Gener., & Commissarius Apostolicus = De mandato suae Patris. Reverendiss. Fr. Ludovicus de la Torre Secret. Gener. Ordinis.

§.3. Cum autem sicut Guardianus, & Discreti praefati Nobis denuo nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi, quo firmitus subsistat, & servetur exactius Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, Fff 2 & co.

De aliis Guardianis, & Officialibus.

De aliis Religiosis.

Preces dicti Guardiani, & suorumque Discretorum

mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac plenissime, & amplissime derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.12. Aut si praefatis, vel aliis quibuslibet communiter, vel divisim ab eadem sit Sede Indultum quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

§.13. Ut autem eadem praesentes literae ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum, necnon Cancellariae Apostolicae, Curiaeque generalis in Monte Citatorio, ac in Aede Campi Florae de Urbe, ut moris est affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos quos illae concernunt perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum, nominatim, & personaliter intimatae fuissent.

§.14. Utque ipsarum praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. Septembris MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno V.

CXVIII.

Confirmatur Constitutio Inn: XI super reductione numeri Magistrorum, aliorumque Graduatorum Ord: FF. Praedicatorum, cum revocatione gestorum contra illius formam.

Landata Constitutio edita fuit 1677, Nov: 20, P. 2. De hac re vide Alex: VIII Const: ed: 1690, Jan: 7, P. 1.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis caelitus Apostolicae servitutis munere ea, quae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostri promovenda inter Christianos divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatos Regularis disciplinae studio sapienter disposita esse noscuntur, ut solidiori robore perennent. Apostolici, muniminis Nostri praesidio libenter constabimus; ac alias desuper sollicitudinis, & providentiae nostrae partes interponimus, sicut conspiciamus salubriter in Domino expedire.

§.1. Alias siquidem super reductione Magistrorum, aliorumque Graduatorum Ordinis Fratrum Praedicatorum ad numerum pro unaquaque Provincia dicti Ordinis respective stabilitum,

necnon super diversis aliis observantiam eorum, quae per Constitutiones, ac Capitula Generalia Ordinis hujusmodi praescripta reperiuntur potissimum respicientibus ordinationibus, emanarunt a se: re: Innocentio Papa XI. Praedecessore Nostro literis in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur videlicet: Innocentius PP. XI. Ad futuram rei memoriam. In Supremo &c.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XX. Nov. MDCLXXVII. Pontificatus nostri Anno II.

§.2. Cum autem firmiora sint ea, quibus iterata accedit Sedis Apostolicae auctoritas: Hinc est, quod Nos praemissorum efficaciae, debitaeque executioni, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere, ac si quae illis quomodolibet adversantia forsitan comperita fuerint, opportuna provisionis Nostri ministerio recidere, atque amovere cupientes, de venerabilium Fratrum, Nostrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum super disciplina Regulari specialiter a Nobis deputatorum consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione, Nostri, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesertim Innocentii Praedecessoris literas omniaque, & singula in eis contenta, & expressa tenore praesentium approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicae firmitatis vim, robur, & praesidium, adjungimus. Praeterea motu scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, omnia, & singula, quae sive per collationem Magisterii, aliorumque Graduum, seu officiorum supra numerum in Capitulis Generalibus dicti Ordinis pro unaquaque Provincia ipsius Ordinis respective praesentiam sive per numeri hujusmodi ampliationem, sive per promotionem ad eisdem Gradus, seu officia pro locis vacaturis, sive absque petitione ipsius Provinciae per Constitutiones Ordinis praedicti, ac Capitulorum Generalium hujusmodi ordinationes requisita, sive per aliquam a Choro, aliamve cujusvis generis exemptionem, aut praerogativam loci Baccalaureorum, & vocis in Capitulis Provincialibus concessam illis Fratribus, qui realiter, & cum effectu, non autem per aequipollens laudabiliter non exercuerint, atque compleverint illa officia, & non supportaverint omnia illa onera, quae juxta praescriptum Constitutionum, & Capitulorum Generalium praedictorum ad obtinendos gradus, officia, & exemptiones hujusmodi necessario praecedere debent, sive demum per alia Indulta, & gratias id ipsum importantia contra praedictarum Innocentii Praedecessoris literarum formam, & dispositionem haec tenens quomodolibet forsitan acta, gesta, seu attentata fuerint, penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, nulliusque roboris, & momenti esse, & fore earundem tenore praesentium declaramus; Et nihilominus ad majorem cautelam, & quantum opus sit, illa omnia, & singula motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus harum serie revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, & pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolutis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis haberi debere decernimus, & pariter declaramus; sine ullo tamen praesudicio illo.

Confirmatio, & innovatio praed. Constitutionis Motu proprio facta.

Item revocatio eorundem quae gesta sunt contra d. Constitutionem.

Excipiuntur quaedam Indulta Apostolica.

Clausula.

illorum Fratrum, qui dictarum Innocentii Praedecessoris literarum mentione facta, earumque derogatione legitime obtenta, Sedis Apostolicae auctoritate promoti, seu exempti quomodolibet reperiuntur.

§.3. Decernentes pariter easdem praesentes, & praesertim literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussae observari, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis formali, ac individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, redargui, in controversiam vocari, seu ad terminos Juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aliudve quocumque Juris, facti vel gratiae remedium impetrari, vel intentari, seu impetrari, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo unquam posse: sicque & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Cardinales, & Legatos, necnon Nuncios, & alios praefatos nunc, & pro tempore existentes, sublata pariter eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definituri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Mandantes propterea dilectis filiis Prioribus, Provincialibus Provinciarum, necnon Vicariis Congregationum quarumvis dicti Ordinis ubicumque existentibus in virtute Sanctae obedientiae, ac sub privationis officiorum per eos obtentorum, perpetuaeque ad illa, & alia quae libet in posterum obtinenda inhabilitatis poenis, ut ipsas praesentes Literas in suis quisque Provinciis, & Congregationibus respective quam primum executioni demandari, ac inviolabiliter observari, illasque in proxime celebrando Capitulo dictarum Provinciarum, & Congregationum, toto earundem praesentium tenore in actis Capituli hujusmodi ad perpetuam rei memoriam relato, solemniter publicari curent, & faciant.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de Jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, qui in praesertitis Innocentii Praedecessoris Literis concessa sunt non obstande, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. Septembris MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Confirmatur Decretum Capituli Gen: circa electionem extra Capitulum Prioris, vel Diffinitoris Generalis Congregationis Hispaniae FF. Carmelitarum.

Dat. 8. Octob. 1691. An. 5.

Extant alia Decreta pro pace in hos Religiosos servanda Const: ed: 1692, Nov: 22, l. 2. & aliud Decretum circa pecunias pro Provincia Rom: Clement: XI Const: ed: 1710, Sep: 26, P. 10.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Iosephus a Sanctissimo Sacramento Procurator Generalis Congregationis Hispaniae Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo Excalceatorum, quod cum in Congregatione praefata juxta ejus Constitutiones a Sede Apostolica approbatas Diffinitorium Generale ex Priore Generali, sex Diffinitoribus Generalibus componatur, in eventum vero, quo intra tempus, quod ab uno Capitulo Generali ejusdem Congregationis ad aliud intercedit, mors, seu vacatio ipsius Prioris Generalis, seu alicujus ex Diffinitoribus Generalibus praefatis sequatur, electio Vicarii Generalis, seu Diffinitoris subrogandi usque ad futurum Capitulum Generale juxta Constitutiones praefatas, ad Religiosos in eodem Diffinitorio Generali superstitios pertineat, eoque casu facile contingere possit, ut Diffinitorio hujusmodi ad sex personas redacto, Vota, seu suffragia in aequales partes dividantur, ac propterea electio concludi nequeat: ideo ad tollenda quaelibet inconvenientia, quae exinde oriri possent, in tribus Capitulis Generalibus ejusdem Congregationis successive, ac praesertim in novissime celebrato anno 1694. editum fuit, ac juxta easdem Constitutiones vim legis obtinuit, Statutum tenoris, qui sequitur, videlicet = In casu, quo in Diffinitorio facienda sit electio Vicarii Generalis, aut Diffinitoris Generalis, & sex Vota Diffinitoribus compertantur divisa in aequales partes, & ob divisionem impeditur procedere ad electionem, aut post illam sequutam, permanent pariter divisa in aequales partes, aut ad effectum habendi electionem pro legitima, aut illam confirmandi, determinatum fuit, ut in quocumque ex istis casibus in tres pro septimo Voto decisivo Pater Provincialis antiquior in professione inter eos, qui terminarunt suum Officium triennio immediate antecedenti, in cujus defectum, aut eo impedito Provincialis, qui subsequitur, qui expectetur, ut cum Votis inaequalibus dubium decidatur, quique expleta ista functione non habeat ulterius Votum in Diffinitorio.

Causa d. Dicitur.

Decretum Capituli Gen.

§.1. Cum autem, sicut eadem Expositio subijungebat, dictus Iosephus Procurator Generalis, Statutum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Iosephum Procuratorem Generalem specialis favore gratiae prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiarum, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus

Preces Procuratoris Generalis.

tionis ac fructuum, & distributionum perceptio-
renunciaverit, seu Capitulo, & personis prædic-
tæ cesserit, seu (ut appellant) dulciaria aut
quid aliud præstiterit : quorum omnium tenores,
causas, & effectus habemus præsentibus pro ex-
pressis, quibuscumque illa concepta sint formu-
lis, necnon irritantibus, & aliis Decretis robo-
rata. Volentes ea omnia vires, & effectum de
cætero non habere. Præcipimus igitur, & inter-
dicimus omnibus Episcopis, Capitulis, Collegiis,
& personis, ad quos id pertinet; Ne post hac
fructus, aut distributiones hujusmodi, nec prorsus
ullam eorum partem retineant, neve ipsorum
cessionem, vel renunciationem, aut dulciaria,
vel alia quomodocumque petant, vel exigant,
aut quemquam sine ordinaria, sive Apostolica
auctoritate provisum, ad præstandum hujusmo-
di Juramentum inducant, aut illi prædicta non
facienti possessionem impediant, vel remorentur.
Quicumque contra fecerit, si Ecclesiarum Anti-
stites, tamdiu a Pontificali officii exercitio sint
suspendi, donec satisfactione prævia illis per Sedem
Apostolicam suspensio relaxetur. Capitula vero,
& Collegia quæcumque Ecclesiastico sub-
jaceant Interdicto, ac singulares personas in
excommunicationis sententia incurrant, a qua-
nisi in mortis articulo constituta, ab alio, quam
a Romano Pontifice absolutionis Beneficium ne-
queant obtinere. Decernentes hujusmodi præ-
stita Juramenta non tenere, nec quemquam illis
obligari, quinimo jurantes in hujusmodi censu-
ram incidere; necnon irritum, & inane quid
quid fecerit super his per quoscumque scienter, vel
ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus
statuimus, ut ubicumque hujusmodi fructus, &
distributiones Fabricæ, vel Sacrariæ, aut alterius
pii loci usibus ultra semestre tempus repe-
riuntur concessi, horum dumtaxat dimidia pars
ipsi Sacrariæ, vel Fabricæ, aut pro loco deinceps
tribuatur, alteram vero Beneficiati prædicti in-
tegre percipiant.

In interdicitur fue-
re omnes per-
ceptiones ex
prædictis fructi-
bus etiam ex
vi juramenti
suis certis pe-
nis.

Excepit fue-
re perceptio-
nes in pijs u-
sibus converten-
dos.

Clausula.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, &
ordinationibus Apostolicis, ceterisque contra-
riis quibuscumque; aut si aliquibus communi-
ter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum,
quod interdicti, suspendi, aut excommunicari
non possint per Literas Apostolicas non facientes
plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum
de Indulto hujusmodi mentionem, Decreto præ-
dictæ Synodi, ac etiam Constitutione seu re: Jo-
annis PP. XXII., quæ incipit; Suscepit, & aliis Ju-
ribus hac de re disponentibus, nihilominus alias
in suo robore duraturis. Cæterum per prædicta
non intendimus illis præjudicare Capitulis, Col-
legiis, mensis, aut personis fructus, & distribu-
tiones inter vacationem Beneficiorum, & eor-
um collationem, sive possessionis apprehensionem
provenientes ex statuto, consuetudine, vel
privilegio hujusmodi percipientibus, vel reti-
nentibus, quo minus ipsi illos interim, aut ante-
tea, exigere valeant, & habere. Postremo vo-
lumus, ut præsentium exempla, etiam impres-
sa, Notarii publici manu, & Prælati Ecclesiasti-
ci, ejusve Curie sigillo obsignata, eandem
illam prorsus fidem ubique locorum in Judicio,
& extra illud faciant, quam facerent ipsæ præ-
sentes, si essent exhibitæ, vel ostense. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam no-
stræ revocationis, abolitionis, præcepti, in-
terdicti, Decreti, Statuti, Intentionis, & vo-

luntatis infringere, vel ei ausu temerario con-
traire; Siquis autem hoc attentare præsumpse-
rit, Indignationem omnipotentis Dei, ac Bea-
torum, Petri, & Pauli Apostolorum ejus se-
noverit incursum. Datum apud Sanctum Pet-
rum anno Incarnationis Dominicæ millesimo
quingentesimo septuagesimo, Kal. Junii Pontifi-
catus nostri anno Quinto.

Causæ hujus
Constitutæ.

§.5. Cum autem, sicut, non sine gravi ani-
mi nostri dolore, ex quam plurium, ac præser-
tim nonnullorum Ven: Fratrum Archiepiscopo-
rum, & Episcoporum ad Apostolatum nostrum
delatis querelis accepimus, adeo creverit tam
salutarium legum transgressorum impudentia, ut
non desint, qui sive avaritiæ, quæ est Idolorum
servitus, improbo affectu, sive ambizioso Ecce-
lesiasticorum graduum cupiditatis consilio ducti,
hominibus trepide paciscentibus fidem habentes,
& tamen Deo veraciter promittenti minime cre-
dentes, sacras ipsas electiones, quas Sanctissimi
Ecclesiæ Canones omni prava pactione submota
peragi tam districte præcipiunt, illicitis, injus-
tis, ac per tot Apostolicas Sanctiones reprobat-
is conventionibus per electos, quicumque illi
sint observandis, quibus Canonica Præfulum ju-
risdictio, ut plurimum circumscriptur, vacan-
tium Ecclesiarum Jura læantur, ac ipsius etiam
Apostolicæ Sedis auctoritas interdum violatur,
temere inquinare satagant, atque ita abomina-
tionem desolationis in Sanctuarium invehere,
Sacrasque Ecclesiæ Dignitates ad quas olim non
nisi ex persecutionis tolerantia ascendebatur, in
turpem quæstum, ac tenebrarum negotiorum
commutare minime vereantur, non sine gravissi-
ma Ecclesiasticæ disciplinæ perturbatione, fide-
lium scandalo, ac salutis animarum detrimen-
to. Hinc est quod Nos - qui libertatis, Jurisdi-
ctionis, aliorumque Jurium Ecclesiasticorum,
asseriores in Terris a Domino constituti sumus,
omniumque Christifidelium curam superna dis-
positione gerimus, abusus quoscumque circa
præmissa introductos et medio tollere, illisque
in futurum omnem ansam præcidere, necnon
animarum periculis, quantum Nobis ex alto
conceditur occurrere cupientes, habita super
iisdem præmissis cum particulari Congregatione
Ven: Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium
ejusdem Concilii Tridentini Interpretum, qui
rem mature discussurunt, diligenti deliberatione
de illorum consilio pariter, & assensu, ac
etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac
matura deliberatione Nostris, deque Apostoli-
cæ potestatis plenitudine omnia, & singula præ-
missa a præfatis Nicolao, Pio, & Gregorio Præ-
decessoribus constituta, ordinata, interdicta,
Decreta, & respectively declarata, ut præsertur,
expedita quæ de super illorum Constitutiones,
seu literas suprascriptas tenore præsentium perpe-
tuo approbamus, confirmamus, & innovamus
illisque perpetuæ, atque irrefragabilis Apostoli-
cæ firmitatis robur, patrocinium, & præsidium
adjicimus.

Confirmatio,
& innovatio
prædictæ Con-
stitutionum
Motu proprio
facta.

§.6. Præterea, ut eadem præmissa firmissis,
atque inviolabilibus de cætero observentur, ultra
omnes, & singulas poenas in iisdem Constitutio-
nibus, seu literis impostas, privationis Digni-
tatum, Canonicatum, & Præbendarum, alio-
rumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, & quæ
ad Regulares, etiam vocis activæ, & passivæ,
ac graduum, munerum, & officiorum tam quo-

Adjectio no-
varum partium

imp.

tatis existant, & alias specifica, & individua
mentionem, & expressionem digni, illis non confen-
serint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, ne-
que Causæ propter quas præsentibus emanarint suf-
ficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fue-
rint, aut ex alia quacumque quantumvis Juri-
dica, & privilegiata causa, colore, prætextu,
& capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam
enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nul-
lo unquam tempore de subreptionis, vel obre-
ptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis no-
stræ, aut interesse habentium consensus alio-
ve quolibet etiam quantumvis magno, & sub-
stantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, indivi-
duamque expressionem requirentem defectu nota-
ri, impugnari, infringi, invalidari, retractari,
ad terminos Juris reduci, seu in controversiam
vocari, aut adversus illas aperiendis oris, resti-
tutionis in integrum, aliudve quodcumque Ju-
ris, vel facti, vel gratiæ remedium intentari,
vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu,
scientia, & potestatis plenitudine paribus con-
cesso, vel emanato quempiam in judicio, vel
extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præ-
sentes Literas semper firmas, validas, & effica-
ces existere, & fore, suosque plenarios, & in-
tegros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omni-
bus, & singulis, ad quos spectat, & pro tem-
pore quodcumque spectabit, inviolabiliter, &
inconcussè observari; sicque, & non aliter in
præmissis per quoscumque Judices ordinarios, &
Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici
Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam
de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis præfate
Nuntios, aliosve quoslibet quacumque præemi-
nentia, & potestate fungentes, & functuros,
sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judi-
candi, & interpretandi facultate, & auctorita-
te, Judicari, & definiri debere, ac irritum, &
inane, si secus super his a quoquam quavis au-
thoritate scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

Prohibitio cõ-
ventioni an-
te provisionem
Ecclesiarum,
seu Monaste-
riorum sub
prædictis penis,
& ex nulla
deklaratur.

§.7. Porro ad penitus extirpandum, atque
evellendum abusum Capitulationum, pactio-
num, Conventionum, concordatorum, seu
statutorum quorumcumque, quæ perperam, ac
adversus Sacrorum, & Canonum, & Constitu-
tionum Apostolicarum dispositionem, occur-
rente Ecclesiarum quarumlibet, præsertim Ca-
thedralium, Metropolitanarum, seu Mona-
steriorum quorumvis vacatione, ab iis, ad quos
electio personarum idonearum ipsis Ecclesiis,
seu Monasteriis ad electionem hujusmodi respec-
tively præficiendarum iuxta privilegia, & Indulta
Apostolica eis desuper concessa, aut alias legitime
spectat, sive ante, sive post electionem prædi-
ctam interdum iniri, condi, aut fieri consueve-
runt, motu, scientia, deliberatione, & potestatis
plenitudine paribus earumdem tenore præsen-
tium omnibus, & singulis, ad quos spectat, &
pro tempore quodcumque spectabit, cuius-
cumque status, gradus, ordinis, conditionis,
præminentia, vel dignitatis fuerint, sub eisdem
omnino poenis superius expressis, quarum abso-
lutionem, seu relaxationem Nobis, & Romano
Pontifici pro tempore existenti dumtaxat specia-
liter reservamus, districte prohibemus, & in-
terdicimus, ne Capitulationes, pactiones, con-
cordata, seu statuta hujusmodi ante ipsam qui-
dem electionem, seu etiam postulationem de cæ-
tero inire, condere, aut facere audeant quovis
modo, seu præsumant. Illaque proinde, quate-
nus de facto contra præsentibus nostræ prohibitio-
nis formam inita, condita, seu facta fuerint,
nulla, inania, invalida, irrita, viribusque, &
effectu penitus, & omnino vacua, ac nullius ro-
boris, & momenti esse, & perpetuo fore, ne-
minemque ad illorum, seu cujuslibet eorum,
etiam si juramento vallata sint, observantiam
teneri, aut obligatum existere, vel fore decernimus, & declaramus.

Declaratio
circa conven-
tiones post d.
provisionem
factam.

§.8. Quæ vero electione, seu postulatione
hujusmodi secuta quomodolibet iniri, condi,
seu fieri contigerit, ad Nos, seu eundem Ro-
manum Pontificem pro tempore existentem
quamprimum deferri atque ita Nostris, & Sedis
Apostolicæ judicio subjici præcipimus, suspensa
interim eorum omnium, & singulorum execu-
tione, donec, & quousque ab eadem Sede, sine
cujus auctoritate nihil omnino in similibus pa-
cifici fas est, Apostolicæ confirmationis robur in
totum, vel in partem receperint.

Item circa
conventiones
ante præsen-
tium Constitutio-
nem initas.

§.9. Cæterum per præsentibus non intendimus
ea, quæ ante hac contra suprascriptarum Nico-
lai, Pii, & Gregorii Prædecessorum, seu for-
san aliarum Apostolicarum Constitutionum, seu
Literarum formam quomodolibet gesta fuerunt
ullatenus approbare, nec poenas ea de causa per
transgressores incurtas remittere, vel condonare.

Clausula.

§.10. Decernentes pariter easdem præsentibus
Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam
ex eo, quod quilibet in præmissis, seu eorum
aliquis Jus, vel Interesse habentes, seu habere
quomodolibet pretendentes, cuiuscumque sta-
tus, gradus, ordinis, præminentia, & Digni-

autem per clausulas generales idem importantes
men-

men-

Ad futuram rei memoriam.

Confirmatio
relati Decreti

Clauſula

& eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticiſ ſententiis, cenſuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodate exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati Decretum præinſertum a memorato Miniſtro Generali editum, ut præfertur cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, & expreſſis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolice firmitatis robur adſcribimus. Ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus.

§.4. Decernentes eaſdem præſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpeſtat, & pro tempore quandocumque ſpeſtabit in omnibus, & per omnia pleniffime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quocumque Judices Ordinarios & Delegates etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & deſiniri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit Ordinis, & Provincie, ac Conventuum prædictorum, aliſque quibuſvis, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæterisque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem proſus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, que haberetur iſſis præſentibus, ſi forent exiſtente, vel oſenſe.

Datum Romæ à ſanctam Mariam Majorum ſub Annulo Piſcatorum, die XXII. Septembris MDCXCV. Pontificatus .a. An. Quinto.

CXVII.

Interdicuntur conventiones in providendis eccleſiis, ſeu Monaſteriis, cum innovatione quarumdam Conſtitutionum ſimilis de re, ac adjectione novarum poenarum.

Laudata Conſtitutiones ſunt Nicolai III, Gregorii XIII, & Pii V Conſtit. ed. 1570, Jan. 2, P. 5, Hujus Pontificis Conſtit. ed. 1692, Oct. 23, P. 2 agitur de venalitate Officiorum Camera. Et Conſtit. ed. 1699, Jan. 30, de datis, & acceptis pro juſtitia, & gratia, ubi vide notata.

Dat. 21. Sept. 1695. An. 5.

Eccleſiæ Catholicæ per univerſum Orbem diſtuffe regimini meritis licet imparibus, Divina diſpoſitione præſidentes, ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ſive ad illicitorum, ac præfertim Eccleſiaſtica libertati adverſantium Juramentorum abuſum tollendum, ſive ad quamcumque avaritiæ labem a perſonis in ſortem Domini vocatis, quas non quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu-Chriſti quarere maxime convenit, excludendam, prudenti, ſalubrique conſilio, ac illo qui ſecundum ſcientiam eſt, zelo conſtituta, & ordinata eſſe noſcuntur, Apoſtolici muniminis noſtri patrocinio libenter roboramus, novifque præſidii, ut ſerventur exactius, conſtabilimus, ac alias deſuper conceſſæ nobis a Domino poteſtatis partes ſtudioſa charitate interponimus, ſicuti Eccleſiarum omnium, quam gerimus, ſolicitudine poſtulat, noſque, omnibus mature conſiderationis trutina perpenſis, ad Omnipotentis Dei gloriam, reſtam, ac felicem Eccleſiaſticarum rerum direktionem, necnon animarum præiſo Unigeniti Dei Fili, & Domini Noſtri Jeſu-Chriſti ſanguine redemptarum ſalutem expedire in Domino arbitramur.

§.1. Dudum ſiquidem, poſquam ſel. recor. Nicolaus PP. III. Prædeceſſor noſter, accepto in nonnullis Eccleſiis de earum conſuetudine obſervari, ut cum earum Prælati ad Eccleſias ipſas primo accederent, vel cum de recipiendis ibidem novis Canoniciſ ageretur, nec Prælatos admitti, nec Canonicos aliter recipi in iſdem Eccleſiis, niſi juraſſent ſtatuta, & conſuetudines ipſarum Eccleſiarum ſcripta, & non ſcripta inviolabiliter obſervare. Inter Laicos quoque multarum Civitatum, Caſtrorum, & Terrarum eum conſuetudinis morbum in ſuis Poſteſtatibus, Reſtoribus, vel Officialibus aſſumendis irrepſiſſe, ut ipſi Poſteſtates, Reſtores, & Officiales ad ejuſmodi Poſteſtarias, Reſtorias, & Officia nullatenus admitterentur, niſi priuſe ſtatuta ipſorum locorum clauſa ſervatorum ſimiliter juraſſent: In Statutis vero, ac Conſuetudinibus ſupradictis interdum aliqua reperiri illicita, ſive impoſſibilia, vel Eccleſiaſtica libertati obſervantia; ne ſub tali generalitate jurandi ſic jurantibus peccandi occaſio præberetur, animarum periculis obſiſtere cupiens, ſalubri ſua ac generali Conſtitutione præceperat a quibuſcumque ſcientibus contineri in prædictis Conſuetudinibus, & Statutis illicita, impoſſibilia, vel libertati Eccleſiaſtica obſervantia, Juramenta hujufmodi nullo modo præſentari; Ac præterea decreverat talia Juramenta ea intentione faciendâ, vel facta, ut etiam illicita, vel impoſſibilia, ſeu Eccleſiaſtica libertati obſervantia obſervarentur. Cum etiam ſub tali intentione præſentari non poſſent abſque Divinæ Majeſtatis Officiis in hujufmodi illicitis, impoſſibilibus, ſeu libertati Eccleſiaſtica obſervantibus non ſervanda: qui potius pro animarum ſalute ſi ſub forma præſata, vel ſimili aliquos ignorantæ prædicta illicita, ſeu impoſſibilia, vel libertati Eccleſiaſtica obſervantia jurare contigiſſet, ad obſervanda dumtaxat licita, poſſibilia, & libertati Eccleſiaſtica non obſervantia Jurantium intenc-

Exordium.

A Nicol. III. interdicta ſunt, & nulla declarata juramenta circa impoſſibilia, illicita, & Eccleſiaſtica libertati contraria.

intentionem referri debere; Declarans inſuper Juramenta ſub hujufmodi generalitate qualiſtercumque, & ſub quacumque verborum forma præſata, vel præſtanda, ad licita, poſſibilia, ac Eccleſiaſtica libertati non obſervantia dumtaxat extendi, ipſoſque Jurantes ad alia per præſentationem Juramenti hujufmodi non teneri.

A Greg. XIII. innovata ſunt Conſtit. Nicolai III. ſub cæteris poenis.

§.2. Rec. me. Gregorius PP. XIII. etiam prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas deſuper ſub Plumbo expeditas literas, quarum initium: *Inter Apoſtolicas &c.* Prædictam Nicolai Prædeceſſoris Conſtitutionem, itidemque alias omnes Canonicas Sanctiones de abuſu, & reprobatone Juramentorum hujufmodi promulgatas innovavit, voluitque eas ubique ab omnibus, etiam quo ad præſentia inviolabiliter obſervari. Præterea præcepit, & interdixit Prælatiſ, Canoniciſ, & aliis ſupradictis, necnon Eccleſiarum Capituliſ, & Monaſteriorum, cæterisque Conventibus, Civitatum quoque, Caſtrorum, & Terrarum Communitatibus, & perſonis quacumque dignitate prædiſtis, ne ulla omnino Juramenta illicita, impoſſibilia, damnosa, vel libertati Eccleſiaſtica, aut Decretis Concilii Tridentini obſervantia, ſive ante, ſive poſt electiones, confirmationes, privationes, receptiones, admiffiones, aut alios actus ubicumque, ac quocumque tempore, etiam prætextu cujuſvis conſuetudinis quantumcumque tempore obſervate, que potius corruptela eſſet cenſenda, ſive in genere, ſive in ſpecie præſtare, reddere, vel exigere, neve ſuper præſtitis, redditis, vel exactis eo uſque quempiam in iudicio, vel extra illud inquietare, auferent quoquo modo, vel turbare. Ac illos, qui Juramenta illicita, impoſſibilia, damnosa, vel Eccleſiaſtica libertati, aut Decretis dicti Concilii obſervantia exigere contendiffent, Epifcopos quidem, & alios quocumque Pontificali dignitate prædiſtos a Divinis ſuſpenſiſ, Capitula vero, & Conventus, eorumque Eccleſias, & loca omnia interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſuit, ac ſingulares perſonas Excommunicationis ſententiâ innodavit, inhabileſque fecit ad obtenta, & alia obtinenda eo ipſo, ſibiſque, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti relaxationem ſuſpenſionis, & Interdicti necnon abſolutionem ab excommunicationis ſententiâ hujufmodi perpetuo reſervavit. Decernens eos, qui tale Juramentum ſcienter præſtitiffent, uſu, & commodo rei, ac gratiæ, cujuſ cauſa juraſſent, eo ipſo privatos eſſe; alios vero ignorantæ ad præſentium Juramentorum, hujufmodi obſervationem minime teneri, & alias prout in præſatis Gregorii Prædeceſſoris literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberius continetur.

§.3. Porro antequam literæ hujufmodi emanaffent ſimilis me. Pius PP. V. etiam prædeceſſor Noſter, ejuſmodi Concilii Tridentini Decretis, quibus, ne quidquam, quod in uſus pios non convertatur, in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia proviſione, ſive admiffione ad poſſeſſionem alicujus Cathedralis Eccleſiæ vel Beneficii, Canoniciatum, aut Præbendarum, vel partem proventuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas quoquo modo perſolvi poſſit, ſtriſtiſſime prohibetur inherens, ſuam hac in re Conſtitutionem ediderat tenoris qui ſequitur,

videlicet. *Pius Epifcopus ſervus ſervorum Dei.* Ad perpetuam rei memoriam. Durum nimis, & incommodum arbitramur, quod Eccleſiarum Miniſtri in iis, quæ ad ipſorum ſubſtentationem ſuppeditant, diſpendia patiantur: quo circa cum hanc ad rem, ſimulque prohibendum ab Eccleſia Dei avaritiæ pravitatem editas ante hac ſanctiones minime fatiſ eſſe intelligamus, novæ Conſtitutionis ſubſidio cogimur providere. Cum itaque alias ex plurium Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiarum Conſtitutionibus, aut ex prava conſuetudine obſervari intelligeretur, ut in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia proviſione, ſive admiffione, ad poſſeſſionem alicujus Cathedralis Eccleſiæ, vel Beneficii, Canoniciatum, aut Præbendarum, vel partem proventuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certe conditiones, ſeu deductiones ex fruſtibus, ſolutiones, promiffiones, compenſationesve illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Eccleſiis dicuntur Turnorum luca, interponerentur, licet Sancta Synodus hæc deteſtata, mandaverit Epifcopis, ut quæcumque hujufmodi, que in uſus pios non convertentur, atque ingreſſus eos, qui Simoniacæ labiſ, aut ſordidæ avaritiæ ſuſpicionem haberent, fieri non permetterent, ipſique diligenter de eorum Conſtitutionibus, ſive conſuetudinibus, ſuper prædiſtis cognoſcerent, & illis tantum, quas probarent, exceptis, reliquas, ut pravæ, & ſcandalosas rejicerent: Eos vero qui adverſus prædicta quavis ratione commiſiffent, poenis contra Simonicos editis, teneſſe illi decreverit; multorum tamen inſomita cupiditate tam prædicta, quam alia ad Beneficium, & commodum ipſorum Miniſtrorum edita, aut omnino contemnuntur, aut in varios ſenſus traducta perperam eluduntur. Quare Nos pro divini cultus exercitio, ſimulque evocatorum ad illum, auxilio plenius, evidentique conſulendum fore rati, revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia, conſuetudines, & ſtatuta quarumcumque Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, ac majorum, necnon Collegiarum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, aut alio quovis præſidio munita, ac etiam ſupra hominum memoriam, & longiſſimo, & quantumcumque tempore etiam continuo obſervata, ſive pro ſolvendis Eccleſiarum, vel Prælatorum debitis, ſive pro ſupportandis illorum oneribus, ſive aliis etiam majoribus, maximis, & urgentiſſimis cauſis conceſſa, & approbata, ac etiam multoſ annis, aut longiore, vel etiam breviori tempore proventuri, menſæ Epifcopali, ſeu Capitulari, aliore loco integre, vel partim remaneant, ſuo applicentur, aut in communes uſus cedant, ſeu inter alios Canonicos, & perſonas Eccleſiæ, ſeu Capituli dividantur. Quodque nullus etiam Apoſtolica auctoritate proviſus in Canonicoſ recipi, aut ad dignitatem, ſeu portionem, Beneficium, vel officium admitti, vel alias in ejuſ poſſeſſionem duci poſſit, niſi priuſ de obſervandis hujufmodi privilegiis, conſuetudinibus, & ſtatutis Juramentum præſterit, & obtenta illorum derogationis

A Pio V edita ſunt inſequens Conſtitutio.

Ex privilegio & conſuetudine nonnulliſ percipiebant fruſtus a novis Miniſtris Eccleſiæ contra Concilii Tridentini.

Revocata ſunt prædiſta privilegia, & conſuetudines.

Ad perpetuam rei memoriam.

quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, qui relatione Venerabilis Fratris Nostris Palatii Episcopi Prænephini ejusdem S.R.E. Cardinalis de Alteris nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris sibi super præmissis factam, & dilectum filium modernum Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis audiverunt, consilio, præsertim Statutum auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

S.2. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis Hispanie, & Ordinis prætorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus: privilegii quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

S.4. Volumus autem, ut earundem presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die VIII. Oct. MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXX.

Dat. 17. Oct. 1695. An. 5.

Extenditur Constitutio Innoc. XI. de erectione Confraternitatum Congregationis Doctrinæ Christianæ in Gallia.

Hæc Constitutio edita fuit 1688, Aug. 28, P. 12.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Josephus Bellifien. Procurator Generalis Congregationis Doctrinæ Christianæ in Gallia quod alias fel. rec. Innocentius PP. XI. prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis Literas die 28. Augusti 1688. expeditas, ut in singulis Civitatibus, Oppidis, seu locis ejusdem Gallie, in quibus dicta Congregatio Domos tunc habebat, seu de cætero habuisset, una Confraternitas Christianissimum utriusque sexus sub eadem denominatione Doctrinæ Christianæ de Ordinariis locorum respective licentia erigi, ac ipsius Confraternitatis sic erectæ Confratribus, & Confratribus pro tempore existentibus, quod omnibus, & singulis Indulgentiis, ac peccatorum remissionibus a rec. me. Paulo PP. V. pariter prædecessore Nostro Archiconfraternitati ipsius Doctrinæ Christianæ de Urbe concessis, uti, frui, potiri, & gaudere, libere, & licite respective possent, & valerent, sub certis modo, & forma tunc expressis auctoritate Apostolica concessit, & indulget, ac alias prout in præfatis Innocentii prædecessoris Literis, quarum tenorem presentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius dicitur contineri.

Epilogus C6. stitutionis, qua concessa sunt facultas erigendi ad Confraternitates, ubi Congregatio domos haberet.

Causa Extensionis.

S.1. Cum autem, sicut eadem exposito subjungebat, saluberrima ejusmodi Confraternitatum Institutio, qua Christianus Populus ad Sacram Catechesim pro Catholice fidei rudimentis addiscendis evocatur in iis locis, seu Parochiis, in quibus Christianifideles, utpote rudiores majori indigent instructione suam sortiri nequeat effectum eo quia nimirum in illis Congregatio prædicta Domos non habet. Nobis propterea dictus Josephus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Precepto Procuratoris Gen.

S.2. Nos igitur pius ejusdem Josephi Procuratoris Generalis Votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis, Sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, & attenta relatione Ven. Fratris Archiepiscopi Avenionen. super præmissis ad eisdem Cardinales transmissa, Indultum a memorato Innocentio prædecessore, ut præfertur, concessum, etiam ad alia Gallie loca, in quibus dicta Congregatio, tamen Domos inibi non habeat, Missiones tamen ex speciali fundatione, seu dotatione de presenti exercet, ac servata in reliquis prædictarum Innocentii prædecessoris Literarum forma, & dispositione, eadem auctoritate tenore presentium extendimus, & ampliamus.

Extensio dictæ Constitutio- nis ad loca, ubi Congregatio Missiones exercet.

S.3. Decernentes ipsas presentes Literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore,

Clausula.

fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S.4. Non obstantibus præmissis, ac Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis adinstar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in prædictis Innocentii prædecessoris Literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

S.5. Volumus autem, ut ipsarum presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XVII. Octob. MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXXI.

Dat. 7. Dec. 1695. An. 5. Indicitur Universale Jubilæum pro pace inter Principes Christianos.

Simile Jubilæum indictum fuit Const. ed. 1693, Dec. 7, P. 3. Et Const. ed. 1699, Maii 30, P. 8. Indicitur Jubilæum Anni Sancti.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Universis Christianissimè presentes Literas inspectionis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium a calamitosa Europæ statu petendum.

IN sublimi Sedis Apostolicæ fastigio meritis licet imparibus, ab æterno Pastore collocati, dum gravissimas crediti Nobis gregis calamitates paternæ charitatis studio contemplamur, ac totam fere Europam pertinacioribus in dies bellorum motibus agitaram attente consideramus, quod sub ipso incensus Pontificatus Nostri limine verebamur, auctuoso jam experimento cognoscimus, & quantum in Domino licet, ingemiscimus, venisse scilicet Nos in altitudinem maris, in quo ne tempestas demergat Nos, efficere sola potest Omnipotentis Dei dextera, cui mare, & venti obedire non detraçant. Quod proinde alias in dictis publice per Universum Christianum Orbem precibus a Patre misericordiarum supplicii, devotaque humilitate flagitavimus, ut Christianos Principes alienissimo Republicæ tempore inter se decertantes ad pristinam concordiam revocare, eorumque consilia, & vires ad Christiani nominis tutelam contra communem illum hostem sociare dignaretur, id nunc potissimum cum nefarius Turcarum Tyrannus diuturnis illorum discordiis illectus vires, atque animos sumit, ditiosque Christianas eladibus involvere meditatur, ferventiori cordis affectu faciendum censuimus. Licet enim pro Nostri pastoralis officii debito, memores illius Nos vices

gerere in terris, qui nascens ex Virgine per Cælicos Cives pacem hominibus bonæ voluntatis annuñciavit, & resurgens a mortuis, ac ascensus ad Cælum pacem itidem reliquit Discipulis, ut & ipsi ejus imitantes exemplum pacem aliis edicerent, labia nostra hæctenus non prohibuerimus, ac Catholicos Principes, ut in vocem sanguinis, qui effusus est tanquam aqua in circuitu Hierusalem ad eos de terra clamantem audirent, pluries monuerimus, pacem illis prædicantes, ac opportune, & importune etiam instantes, nec sane inter tot rerum, ac temporum difficultates animo deficientes, etiam in posterum pro eo, quo tenemur, publicæ quietis desiderio, tam salutare rei Christianæ opus omni animi contentione, studio, atque opera urgere, ac promovere firmiter proposuerimus, animamque Nostram, si ita res tulerit, pro ovibus curæ nostræ commissis Evangelici Pastoris exemplo ponere parati sumus; nihilominus, quia probe scimus nihil profecto esse, quod sibi humana sapientia, atque industria vindicare possit, nisi Cælestis gratiæ ope adjuvetur, ad eum, qui Dives est in misericordia, concordibus Christianissimè precepcionibus impensius denuo confugere constituimus, sperantes, quod non concludet Dominus in gladio populum suum, nec hæreditatem suam spernet, sed gentibus longo bello fessis dabit tandem illam, quam Mundus dare non potest, pacem, ne tamen exprobari Nobis audiamus Propheticum, percussisti eos, & non doluerunt, attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, lacrymis, jejuniis, elemosynis, aliisque piis operibus Divinam indignationem placare studeamus, ut clementissimus Dominus, & Deus noster, qui facit pacem in sublimibus, & Reges in thronis collocat, Orthodoxorum Principum animos sublati dissidiis, arcto, atque indissolubili charitatis vinculo conjungat, nostrisque labores, & curas, ac spem, quam in ejus ineffabili bonitate reponimus, optatæ demum cumulet lætitiæ tranquillitatis. Quæ, ut fructuosius, majorique Spiritus ardore peragantur, ex præfata Romanæ Ecclesiæ omnium Marris, & Magistræ more, Cælestium gratiarum Thesauros, quorum dispensationem fidei nostræ commisit Divina dignatio, in presentibus necessitatibus aperire, & larga manu erogare decrevimus.

Exhortatio ad pia opera.

Causa Jubilæi.

Indictio Jubilæi.

S.1. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi Potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, Universis, & singulis utriusque sexus Christianissimè in alma Urbe Nostra degentibus, qui solemnè processioni, quam feria quarta proxima hebdomadæ, quæ erit secunda Adventus (Reliqua vide Alex. VIII. Constit. ed. 1689, Dec. 11, P. 1.)

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die III. Decembris MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CXXII.

Confirmatur Constitutio Inn. XI. circa confirmationem Decretum Card. Protectoris circa executionem alternativæ in Provincia Januæ: FF. Minorum de Observ. Reformatorum.

Dat. 7. Jan. 1695. An. 5.